

J.
Ex Kircheri Mundo Subterraneo 1. Parte

De Ventis. relationes.

lib. xv. c. III in fine.

Pag. 217. Experientia constat spirante Borea in Lombardia, in Germania
Transalpina Austrum spirare. Item spirante in mari Tyrrheni
aethonibus Zephyro, in opposito litore Galliae Eurum spirare ex nautica
observatione didicimus. Ita quo die Ventis hic (Romae) spirant boreales
alibi australes, occidui aut orientales spirant; hinc experientia docet in-
variabilis, Montem Januarium nimbus aggravatum, qui Romae boream
causat, ultra montem consilatus Austrum, Sabiniis vero eodem tempore
orientum, Vestinis vero occiduum uno et eodem tempore parere, uti
multorum annorum observatione à me observatum est.

Caput XV. pag. 217.

Observationes maritimae circa Ventos.

1. In oceano Africanam inde et Indiam venti orientales versus occidentem
à Januariis usque ad Junij initium incipiunt, quibus quiescentibus
circa Augustum, et Septembrem venti occidentales fœdis procellis à
Borea levitentibus associati succedunt, unde à Ceilano opportuna in
Javam et Maluccas orientem versus navigatio conceditur ob motum
occidentalem, quo tunc incipit orientali contrariam. Circa litora
Aethiæ et Indiae cisgatalana, venti non eadem formant leges, quas in medio
oceano, nam toto Junio, Julio, Augusto tot procellis tempestatibus, ver-
torumque borealium vehementia effluant, ut omnem negotioribus
in has partes aditum intercludant: in Transgatalana tamen India latera
ad Coromandeliam et Kaspingam, quod mirum est, eodem profus tempore
nulla profus sentiantur tempestates.

2^{do}: In Insularum, hinc Indiae cisgatalana litore, à Martio usque ad
Septembrem spirant venti septentrionales, et à Septembri usque ad Martium
australes.

3^{tio}: Batavi ex Java plerumque Mense Januarii, et Februarii Euxum
petituri solvant: qui postquam vento ^{orientali} ~~septentrionali~~ ad ipsam australis latitudinis
gradum pervenerunt, tunc incipit Auster aut Euro-Auster, quo continuo
cursu usque ad Insulam s. Helenam perantur.

4^{to}: Ad Pandam Insulam omnino varius est ventorum status: occidentales
dominantur in Martio, ad finem Aprilis venti variabiles, et malacia,
In Majo orientales exurgunt venti vehementes, et pluviae facti.

5^{to}: Ad Promontorium, quod Punto-Falto vocant in Insula Ceilans die
iuxta Martij primus ventus occidentalis collabralis, deinde Zephyro-Auster
in principio Aprilis constans et continuus durat usque ad primum Octobris
quo effonte sequitur Euro-Boreas usque ad Martium continuus, Ita
tamen ut subinde levius, aut citius decem, vel pluribus etiam diebus
incipiant.

6^{to}: In Insula Madagascaria à 15^{to} ad ultimam Maji Boreas et Zephyro-
Boreas. At in ~~Januario~~ ^{Februario} et Martio ab oriente, à Austro venti spirant,
Mense vero Martio et Aprilis ad Promontorium bona pars Boreas et ejus
collabralis ad Euxum spirat ventus, adeo, ut insolitum sit, si Auster aut
ejus collabralis Euro-Auster spirant.

7^{mo}: Post 20 Aprilis in Mari de Bengala ventus Auster vehementissimus
ante quem diem nunc Zephyro-Auster, nunc Zephyro-Boreas spirant impetuosi:

[The page contains several paragraphs of extremely faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the paper. The text is too light to transcribe accurately.]

2

J.
Describuntur ea, quae habentur

In Kircheri *Mundo Subterraneo* lib. II. a pag. 113. de *Aerophylacis*
Geocofni Subterraneis. §. IV.

Handwritten text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side. The text is faint and difficult to decipher but appears to include the words "Page No." and "Date".

11

Handwritten notes or signatures on the right side of the page, including a large, stylized signature or mark.